Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

repente fit summus · sed in bona conuersatione a minimis
quisque inchoat ut ad magna perueniat; De his gradibus
per psalmistam dicit; Deus in gradibus eius dinoscetur cum sus
cipiet eam; Deus enim sanctam ecclesiam [?] suscipit in gradi
bus eius dinoscetur quia eius gloria per illius incrementa declaratur;
Quantum enim sancti ascendendo proficiunt · tantum deus ho
minibus sanctis [?] uirtutibus innotescat; De his quoque gra
dibus beatus iob loquitur dicens; Per singulos gradus meos
pronuntiabo illum, omnipotens quippe dominum per singulos gra
dus suos pronuntiat · qui per incrementa uirtutum que ac
cepit semper laudem sue per illos reddit; Si quidam
gradus in cordis ascensione non essent · psalmista non
diceret; Ambulabunt de uirtute in uirtutem; gra
dus est quando ipsa unaquaeque uirtus quasi quibusdam
gradibus augetur; Et sic per incrementa meritorum ad sum
ma perducitur; Alia namque est uirtutis inchoatio aliud pro
uectus aliud perfectio; Si enim et ipsa fides ad perfec
tionem suam non quibusdam gradibus duceretur · Sancti apos
toli minime dixissent auge nobis fidem; Et quidam
uenit ad dominum qui curari uoluit filium suum;
Sed requisitus an crederet respondit credo domine
adiuua incredulitatem meam; Pensate rogo quod dicit

Nemirum [illegible] de uirtute in uirtutem